



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

4. Consideratio de Invocatione B. V. Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

solam ratione rei oblatæ sacrificium Missæ est infiniti
 valoris, sed semper est acceptissimum Patri æterno: Offe-
 rendens secundarius & instrumentalis est Sacerdos, qui non
 in propria persona, sed in persona Christi offert, in quan-
 tum representat Christum, seu tanquam Vice Christus.
 Unde in Consecratione non dicit: *Hoc est Corpus Christi;*
 sed: *Hoc est Corpus meum.* Et sicuti, quod me concernit,
 responsum moris habui; ita, in quantum represento, (spet- 2. Cor. 13.
 rare debeo, vt dignetur Pater hoc holocaustum in odorem
 suavitatis accipere.

Cui offeratur? Deo, recognoscendo eum vt rerum o-
 mium primum principium & vltimum finem. Unde
 non offertur ipsis Sanctis; sed propter Sanctos: Deo, vi-
 delicet, in gratiarum actionem, propter gratias Sanctis
 concessas.

Quid offeratur? Totus Christus, Corpus, Sanguis, A-
 nima, Persona, Diuinitas, Virtus, Merita Christi.

In quem finem? Triplex illius finis est, iuxta S. Bona-
 venturam: Deus, Christus, Proximus; Ad gloriam Dei,
 in memoriam Passionis Christi, vtilitatem Proximi.

Quomodo offeratur? Sub forma panis & vini, vt hoc
 idem, quod offertur tanquam sacrificium ad gloriam
 Dei, sit Sacramentum in vtilitatem hominis.

CONSIDERATIO IV.

Totus de propriis diffidens viribus pro huius rei ex-
 ecutione, omni cum fiducia recurre ad sanctissimam *Inuocatio*
 Virginem Deiparam, planè confidens in potētissimo au- *B. Virg.*
 xilio ac patrocinio huius virginis, tanquam Matris Chri- *Maria.*
 sti, veri, vt potēt, sacrificii & Hostiæ Altissimi. Quapro-
 pter pluribus in locis Canonis Missæ mentio fit sanctiss.
 Matris Dei: in *Communicantes*, in *Suscipe sancta Trini-*
tas, in *Libera nos &c.* & antiquitus celebrabatur etiam
 memoria eius in *Gloria in excelsis Deo*, in istis versibus:

Tu solus Sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus Altissimus, *In Missali*
Iesu Christo, & dicebatur: Tu solus Sanctus Mariam san- *Romano*
Bisicans; Tu solus Dominus Mariam gubernans: Tu solus *Anni 1515.*
Altissimus Mariam coronans. Deindè in festo sanctiss. &
 immaculatæ Conceptionis eius iidem versus variaba-
 tur hoc modo: *Tu solus Sanctus Mariam preseruasti: Tu so-*
lus Dominus Mariam fabricasti: Tu solus Altissimus Ma-
riam sublimasti.

k 2

Roga-

Rogabis igitur præcellam hanc Dominam & Reginam, ut suscipiat te in seruum tuum, & in perpetuum mancipium suum, & dignum te faciat ministrum altaris Filii sui.

CONSIDERATIO V.
& ULTIMA.

Legatus, priusquam legationis suæ exordietur negotia, sistere sese debet suo Principi, ut ab eodem plenam commissionis suæ instructionem recipiat, & ipsam voluntatē intelligat; Sacerdos pariter, antequam Missam inchoet, corde & animo in Paradisum cœlestem sese transferat, oportet, ut benedictionem, & ultimam instructionem expediendorum recipiat à sanctissimâ Trinitate, ab Humanitate Christi, & sanctissimâ Matre. Mente igitur in cœlum subleuatus humiliter procides in genua, teque prosternes ante thronum sanctissimæ Trinitatis, sanctam postulando benedictionem, & dicendo: *Iube Domine benedicere.* Respondet Pater æternus: *Benedicaris in virtute potentia mea.* Respondet Filius: *Benedicaris in lumine Sapientia mea.* Respondet Spiritus Sanctus: *Benedicaris in gaudio Bonitatis mea.* Eandem postulabis benedictionem ab Humanitate Christi, & respondebit: *Benedicaris in efficacia Sanguinis uerorum meorum.* Eandem benedictionem petes à Beatissima Virgine, & simile tibi dabit responsum: *Benedicaris in abundantia uberum meorum.* Hisce robotatus & confusus benedictionibus descendes in terram, non tuus men solus, sed Angelorum stipatus comitatu, qui locustissimè te comitabuntur ministraturi tibi in sacrosancto Sacrificio. Hæc de præparatione remota: sequitur nunc proxima consistens in lotionem manuum, sacrasque vestium indumento, & processu ad altare.

Præparatio proxima
ante Missam.

In prima actione, considerans verba illa, quæ Sacerdos dicit lauando manus (*omnem maculam*) te totum expurgare debes ab omni specie maculae, & corporis & animæ: adde, ut nihil planè in te reperiat, quod supere